Serenis.[me] Rex, D[n]e colend.[me] 26. 9bris 1603 [illegible]

137

1139

Cum praesentium lator Commissarius Generalis Terrę Sanctę ab Oratore Regis Hyspaniarum ad Inuictis.[mu] Romanor[um] Imperatorem et alijs etiam Magnatibus ita mihi commendatus sit, ut non solu[m] omnem beneuolentiam, in illum lubens et merito contullerim; sed porro etiam necessarium esse existimaui in Regnum Ser[enissi]mae M[aies]t[a]tis V[est]rae superiorum suor[um] iussu abeuntem, eidem Ser[enita]ti V[est]rę ad ipsius met petitionem commendarem: Quod ita prestare uolui, ut basce meas dicto Commissario vsui fuisse re ipsa experiatur. Faciet M[aies]tas V[est]ra in iuuando huic viro rem Deo inprimis gratam et mihi quoq[ue] charam: paratus quauis oblata occasione hoc vicissim debita cum obseruantia et humilitate quam diligent[issi]me compensare. Cremsirij 26. Nouembris 1603.

Ser[enissi]mae M[aies]t[a]tis V[est]rae

Humil[limu]s seruus

F. Card[ina]lis a Dietrichstain

Card:l Dietrichstein

140